



Este Manoal he fa-
wo de todas as gravuras
que requizeram atelinos
dele opus que merece-
mendam a D.

Postosso-me abetta
por tanto, fui Confuso
Queda mais digo
a D.

M.I.
206

MANUALE SERAPHICUM, ET ROMANUM,

JUXTA USUM FRATRUM MINORUM DENUO AUCTUM

Cum variis Processionibus, Benedictionibus, & Orationibus, aliquique multis;
nec non cum Ritibus ad Sacramentum Baptismi parvulorum, ac adulto-
rum ministrandum.

PRIMA, ET SECUNDA PARS.

OFFERTUM

MATRI DIVINI VERBI

MARIAE

Sine labe peccati conceptæ,

PER Fr. EMMANUELEM A' CONCEPTIONE

Provinciæ Algarbiorum filium, in Conventuque Divi Francisci Xabreguensis
Vicarium Chori Jubilatum.



ULYSSIPONE OCCIDENTALI,

Ex Typographia MUSICÆ. 1732. Cum facultate Superiorum.

ЕЩА ДАЛА
МЕДИМОЯ ТЫ МОЖЕШЬ
БУТОР ОДНО - БЛЯДЬ СЛОВА
запись на двери. Ох, какая
Сама виновата в том что
запись на двери.

ЕЩА ДАЛА
МЕДИМОЯ ТЫ МОЖЕШЬ
БУТОР ОДНО - БЛЯДЬ СЛОВА
запись на двери. Ох, какая
Сама виновата в том что
запись на двери.

ЕЩА ДАЛА
МЕДИМОЯ ТЫ МОЖЕШЬ
БУТОР ОДНО - БЛЯДЬ СЛОВА
запись на двери. Ох, какая
Сама виновата в том что
запись на двери.

ЕЩА ДАЛА
МЕДИМОЯ ТЫ МОЖЕШЬ
БУТОР ОДНО - БЛЯДЬ СЛОВА
запись на двери. Ох, какая
Сама виновата в том что
запись на двери.





**IN TEMERA TISSIMÆ
VIRGINI, ALMÆ DEI, HOMINUMQUE PARENTI
NUNCUPATIO OPERIS.**

Ad tuum præsidium humillimè
accurrens, atque de tua benignitate maxi-
mè confitus, o Augustissima Cœli, Ter-
* ij ræque

ræque **Regina**, Operi huic quali quali
meo, cui *Manualis Seraphici* nomen indere
atrisit, quodque in lucem propediem dare
gestio, imploratus patrocinium, Te de-
precari suppliciter non vereor, ut Tui Sa-
cratissimi Nominis tessera insigniri sinas;
quo quidem cœlesti munimine fortiter ar-
matum, iuvidas obloquutorum fannas,
insurgentiumque spicula linguarum, tutò
despiciat, nullus dubito. Perquirant bono
omine alii Patronos Principes, suis labori-
bus feliciter faventes; consecrent studia
sua, sæculi hujus magnis Mæcenatibus, re-
ferantque perinde accepta eis, humana
quamplurima, sed interitura beneficia;
non ego illis equidem in video, nam, Te
Protectrice, potiora affecto, siquidem,
cùm hactenus à Te divinas, ac copiosiores
multò gratias sim adeptus, spero modo fo-
re, ut denuò hanc cæteris jam mihi collatis
super imponere digneris. Ita planè, Cle-
mentissima Mater, certius certò fiet, ut
Manuale hoc Seraphicū, Psalmodias, Hymno-
dias,

dias, Preces, Orationes, Sacrasque Sanctæ
Romanæ Ecclesiæ cæremonias , ac ritus,
veluti in fasciculum quodam collecta bre-
viter , complectens, à Te protectum , non
mihi in gloriam, immo potius omnibus ju-
cundum , ad Dei , tuasque pariter peren-
nandas laudes, in suavitatis odorem ascen-
dendo, munus evadat acceptabile. Amen.

LICEN-



LICENÇAS da Ordem.

CENSURA DO M. R. P. M. FREY JOAM
do Sacramento, Leitor Jubilado, Qualificador do S. Officio,
Examinador Synodal do Patriarchado de Lisboa Occiden-
tal, e Guardião do Cōvento de S. Frācisco de Xabregas.

Mandame V. Reverendissima examinar o Ma-
nual Serafico, e Romano, composto pelo P. Fr.
Manoel da Conceição, Filho desta Santa Provincia dos
Algarves, e Vigario do Coro Jubilado neste Convento
de Xabregas, que há pouco tempo deu à luz hum Cere-
monial com grande applauso, e universal aceitação dos
leitores: pelo que aquella difficultade, que S. Gaudencio
reconhecia na operaçāo segunda a respeito de huma mes-
ma empreza: *Plus ingentis difficultatis est easdem virtutes di-
versis sermonibus prædicare,* vejo eu vencida nesta obra, que
sendo a segunda deste Author, tem por objecto o mesmo
Divino culto, a que se encaminha a primeira.

Neste

Neste Manual, que o Author otterece para a perfeição
do Altar, e Coro sobre o Ceremonial, que já deu para
ornamento do Coro, e Altar, se deixa bem ver, que o
credito adquirido no primeiro conserva, e com mayor
gloria no segundo; e se David, porque a espada lhe asse-
gurou a gloria alcançada com a funda, estimou mais que
a funda, a espada: eu pondo em igual balança o primeiro
instrumento com este segundo, deixo a liberdade ao Au-
thor, para que querendo, estime o segundo como coroa
do primeiro; porque se o primeiro foy como certamen,
e o segundo como triunfo, atè S. Paulo chama ao segundo
coroa do primeiro, segunda *ad Timoth. 2. Non coronabitur,*
nisi qui legitime certaverit. E assim me parece esta obra
muito digna de sair à luz, mayormente não encontrando
cousa dissonante à nossa Santa Fé Catholica, nem tão
pouco oposta aos bons costumes. Este o meu sentir, *salvo*
meliori. V. Reverendissíma mandará o que for servido.
Convento de S. Francisco de Xabregas, em 10. de Janeiro
de 1731.

Fr. João do Sacramento

Guardião do Convento de Xabregas.

FRAY

FRAY JUAN DE SOTO, LECTOR JUBILADO,
Theologo de Su Magestad en la Real Junta de la Inmaculada Concepcion, Ministro General de toda la Ordem de Nuestro Serafico Padre San Francisco, y siervo, &c.

Por el tenor de las presentes , y por lo que a Nós toca , concedemos nuestra bendicion , y licencia, para que pueda darse a la prensa un Libro, que ha compuesto el Padre Fray Manuel de la Concepcion , Vicario de Coro de nuestro Convento de Xabregas de nuestra Provincia de Algarves, cuyo titulo ès: *Manual Seraphico* , atento a que de comission nuestra ha sido revisto , y examinado por Theologo de la Religion, que nos asegura nò contiene cosa alguna contra nuestra Santa Fé Catholica , y buenas costumbres , y que ès digno de darse a la luz publica. Y en todo lo de más se observaràn los Decretos del Santo Concilio de Trento , y Reales Pragmaticas. Dado en este nuestro Convento de San Francisco de Madrid, en 2. de Março de 1731.

Fr. Juan de Soto.

Ministro General.

Lugar del Sello.

P. M. D. S. Reverendissima

Fr. Diego de Espinoza

Secretario General de la Orden.

**

LI

rum : carnis ab exercitu libo
duc nos ad re-

gnatione populo rum.

V. Ora pro nobis beate Pater Francisce.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Francisci meritis
fatu novae prolis amplificas : tribue nobis ex ejus
imitatione terrena despicere, & cœlestium donorum sem-
per participatione gaudere. Per Christum Dominum
noscum. **R.** Amen.

Hymnus.

C

Rucis Christi mons Alvernae

Reccenset myste ria ubi sa lu tis æ ter-

nae



næ Dan tur pri vi le- gi- a: Dum Franciscus



dat lu cer- næ Cru cis su a studi- a.

Hoc in monte vir de- Cernit servus Redempto-
votus rem,

Specu solitaria

Pauper, à mundo semotus,

Condensat jejunia:

Vigil, nudus, ardens totus

Crebra dat suspiria.

Solus ergo clausus orans,

Mente luctum agitur,

Super gestis Crucis plorans

Mærore conficitur:

Crucisque fructum implo-

rans

Animo resolvitur.

Ad quē venit Rex è cœlo

Amictu Seraphico;

Sex alarum tectus velo

Aspectu pacifico:

Affixusque Crucis telo,

Portento mirifico.

Passum impassibilem,
Sæclorum Imperatorem
Tam pium, tam humilem:
Verborum audit tenorem,
Viro non effabilem.

Vertex montis inflam-
matur,

Vicinis cernentibus,
Cor Francisci trâsformatur
Amoris ardoribus:
Corpus verò mox ornatur
Mirandis Stigmatibus.

Collaudetur Crucifixus,
Tollens mundi scelera,
Quem laudat Concrucifixus
Crucis ferens vulnera,
Franciscus prorsus innixus
Super mundi fædera. Amé.

Q

Y. Si-

- V. Signasti Domine servum tuum Franciscum.
R. Signis redemptionis nostræ.

Oremus.

Domine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Patris nostri Francisci passionis tuæ sacra Stigmata renovasti: concede propitius; ut ejus meritis & precibus Crucem jugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ faciamus. Qui vivis, & regnas in æcula sæculorum. R. Amen.

Hymnus, & Antiphona Sancti Antonii.

E

N gra- tu le mur ho- di e Christo

Re gi ju cuo- di us, In cu jus au- la glo-

ri æ Jam ju bi lat An to- ni us.

Francisci

Francisci Patris æmulus,
Sic illi se comtemperat,
Ut fonte manans rivulus,
Aquas vitæ circumferat.

Longè latèque diffuit,
Sitique mortis aridos
Verbo salutis imbuit,
Dans rore sacro vividos.

Hic Stigmatū qui bajulo
Patri natus innititur,
Dum prædicat de titulo,
Configalus ille cernitur.


Sub tanto duce militans,
Vincendo se non vincitur,
Duci miles cohabitans,
Jam bello non concutitur.

Nos in cāpo certaminis,
Patrum zelantes gloriam:
Hic sub re nostri nominis,
Vincamus ignominiam.

Præstet hoc Nati Genitor,
Hoc Genitoris Genitus,
Ac par utriusque Conditor
Paraclitus hoc Spiritus. Amē

Antiphona.

Je- su per pe tu- a



lux, tot in An to ni- o si gnis dans splendo-



rem, de quo non in con gru a no bis glo ri-
 Q ij atio

a- ti o ti bi dat ho no rem. Gra-

ti a per hunc tu a nos in va se pro pri o

fer re da li quorem, lam pa de

non va cu a lu men det o pi-

ni o, cha ri tas ar dorem : frustrà vir go fa-

tu a glo ri ans in a li o, quæ rit

vendi to; rem.

V. Ora


V. Ora pro nobis beate Antoni.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Ecclesiā tuā, Deus, beati Antonii Confessoris tui
solemnitas (deprecatio, vel commemoratio) votiva
lætificet; ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, & gau-
diis perfrui mereatur æternis. Per Christum Dominum
nostrum. **R.** Amen.


Hymnus, & Antiphona sanctæ Claræ.



On ci nat plebs fi de li um



Vir gi na le præ co ni um, Matris Christi



ve sti gi um, Et no vi ta tis gau di um.

Pauperum primogenita,
Dono cœlesti prædita,
Obtinet supra merita
Præmia vitæ reddita.

Novum sidus emicuit,
Candor lucis apparuit,
Nam lux, quæ lucem influit,
Claram clarere voluit.

Claris

Claris orta natalibus ,
 Nec dum relictis omnibus ,
 Vacat plenis affectibus,
 Pietatis operibus.

Sub paupertatis regula ,
 Patris Francisci ferula,
 Clara Christi discipula
 Luce respersit saecula.

Mundus, & caro vincitur,
 Matri Christi connectitur,
 Christo prorsus innititur ,
 Pauperem pauper sequitur.

Spretis nativo genere ,
 Carnis & mundi foedere ,

Clauditur velut carcere,
 Dives superno munere.

Clauditur velut tumulo,
 Nequam subducta saeculo:
 Patet in hoc ergastulo
 Solum Dei spectaculo.


Tegmina carnis vilia ,
 Urgens famis inedia ,
 Arcta quoque jejunia
 Praestant orandi spatia.

Virginis hujus merito ,
 Laus Patri sit ingenito ,
 Gloria Unigenito ,
 Virtus summa Paraclito.

Amen.

Antiphona.

S



Al- ve Ipon- fa De- i, vir- go fa-




cra , plan- ta Mi no rum: Tu vas mundi-
 tiæ,



ti- æ, tu præ vi a for- ma So- ro rum,



Cla ra , tu is pre cibus duc nos ad re-



gna po- lo rum.

V. Ora pro nobis beata Clara.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

F Amulos tuos , quæsumus Domine , beatæ virginis
tuæ Claræ votiva natalitia (votivam commemora-
tionem) recensentes , cœlestium gaudiorum sua facias
interventione participes , & tui Unigeniti cohæredes.
Qui tecum vivit , & regnat in sæcula sæculorum.


R. Amen.

HYM-

HYMNI, ET ANTIOPHONÆ

Communes Sanctorum.

In Communi Apostolorum, & Evangelistarum, Hymnus.



re sul tet lau di bus: A po sto lo rum

glo ri am Tel lus, & a stra con ci nunt.

Vos sæculorum iudices,	Sanate mentes languidas :
Et vera mundi lumina ,	Augete nos virtutibus.
Votis precamur cordium,	Ut cum redibit Arbiter
Audite voces supplicum.	In fine Christus sæculi ,
Qui tépla cœli clauditis,	Nos sempiterni gaudii
Serasque verbo solvitis ,	Concedat esse compotes.
Nos à reatu noxios	Patri, simulque Filio ,
Solvi jubete , quæsumus.	Tibique sanæte Spiritus ,
Præcepta, quorū protinus	Sicut fuit , sit jugiter
Languor, lalusque sentiunt:	Sæclum per omne gloria.

Anti:

MYH

ut nos eriperes de potestate diaboli; obsecramus immensam clementiam tuam; ut hæc signa Rosarii in honorem, & laudem ejusdem Genitricis Filii tui, ab Ecclesia tua fidelis dicata, bene X dicas, & sancti X fices, eisque tantam Spiritus sancti infundas virtutem: ut quicumque horum quodlibet secum portaverit, atque in domo sua reverenter habuerit, & in eis ad te, secundum ejusdem sanctæ Societatis instituta, Divina contemplando mysteria, devotè oraverit, salubri, & perseveranti devotione abundet; fiatque consors, & particeps omnium gratiarum, privilegiorum, & indulgentiarum, quæ eidem Societati per sanctam Sedem Apostolicam concessa fuerunt, & ab omni hoste visibili, & invisibili semper, & ubique in hoc, & in futuro sæculo liberetur, & in exitu suo ab ipsa beatissima Virgine Maria Dei Genitrice tibi plenus bonis operibus præsentari mereatur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Coronæ.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens, & misericors Deus, qui propter nimiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum, pro redemptione nostra de cœlis in terra descendere, & de beatissimæ Virginis Mariæ utero, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli;

obse-

obsecramus immensam clementiam tuam, ut hanc Coronam in honorem, & laudem ejusdem Genitricis Filii tui, ab Ecclesia tua fidi dicatam bene ✕ dicas, & sancti ✕ fices, eique tantam infundas virtutem Spiritus sancti, ut quicumque eam portaverit, vel dixerit, aut in domo reverenter tenuerit ab omni hoste, & facturis, semper, & ubique in hoc saeculo liberetur, & in exitu suo a beatissima Virgine, & S. Ubaldo tibi plenus bonis operibus presentari mereatur. Per eumdem Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Rosarum sanctissimi Rosarii.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus creator, & conservator generis humani, dator gratiae spiritualis, & largitor æternæ salutis, benedictione tua sancta, benedic ✕ has Rosas, quas pro gratiis tibi exolvendis, cum devotione, ac veneratione beatæ, semperque Virginis Mariæ, hodie tibi presentamus, & petimus benedici, & infundi in eis per virtutem sanctæ Crucis ✕ benedictionem cœlestem: ut qui eas ad odoris suavitatem, & repellendas infirmitates, humano usui tribuisti, talem signaculo sanctæ Crucis ✕ benedictionem accipiant; ut quibuscumque infirmitatibus appositæ fuerint, seu qui eas in domibus suis, vel locis, cum devotione habuerint, aut portaverint, infirmitates sanentur, discedant diaboli: contremiscant, & fugiant pav-

pavidi, cum suis ministris, de habitationibus illis, nec amplius tibi servientes inquietare præsumant. Per Christum Dominum nostrum, &c.

*Benedictio ad herbas in festivitatibus S. Joannis Baptiste,
vel Divi Laurentii.*

¶. **Adjutorium nostrum**, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui corpus, & animam in Cruce posuisti, & multas contumelias à Judæis audiisti, atque flagellatus fuisti, & per eam omnes credentes, & baptizatos reparasti: sic precor misericordiam, & pietatem tuam, nec non per piissimam Matrem tuam, atque per amorem SS. Archangelorum, Angelorum, & per beatos Apostolos, Euangelistas, Martyres, Confessores, Virgines, ac per omnes Sanctos, & electos tuos, præsertim per amorem, sanctitatem, excellentiam, & prædicacionem Sancti Joannis Baptiste, (vel per amorem, & sanctitatem Sanctissimi Martyris tui Laurentii) cuius hodie Nativitatem, & festum celebramus, (vel cuius hodie festum celebramus) digneris benedicere, & sanctificare istas præsentes herbas, quas hodie famuli tui, & famulæ tuæ tradunt ad benedicendum, per te, & in tuo purissimo nomine: concede etiam quæsumus, ut ubicumque combustæ fuerint, vel pars illarum sit ad remedium, & refrigerium fructuum terminorum, & panis & vini hortorum, ceterarumque rerum; vel ubicumque fumus earum attigerit,

attigerit, sit ad defensionem messium, vinearum, & ad sanitatem hominum, & aliorum animalium; repellatque omnes tempestates, grandines, & aquæ turbidæ vertantur in salutarem pluviam, blandam, benignam, suavem, & quietam, virtute harum herbarum, quia tu es defensor omnium creaturarum, quæ sunt super terram, & habes potestatem, & imperium super omnia dæmonia, quæ portant malum super terram. Jube ergo, atque præcipe eis in eorum erenum ire, ut non destruant terram, & fructum ejus, neque labores eorum, de quibus dantur eleemosynæ pauperibus, & primitiæ Ecclesiis, decimæque eis servientibus: *Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas per omnia sæcula sæculorum.*
R. Amen.

Benedic Domine  herbas istas; ut sint remedium salutare generi humano, & præsta per invocationem tui sancti nominis, ut quicumque ex his sumperint, & gustaverint, corporis sanitatem, & animæ tutelam suscipiant. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Aspergatur aqua benedicta, & dicatur.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti descendat, & maneat super has herbas, ramos, & flores, & super omnes circumstantes. Amen.

Benedictio Annuli.

V. Adjutorium nostrum, &c. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum.

Kk

Oremus.

Oremus.

Benedic ☧ Domine annulum hunc, quem nos in tuo nomine benedicimus, ☧ ut quæ eum gestaverit, fidelitatem integrum suo sponso tenens, in pace & voluntate tua permaneat, atque in mutua charitate semper vivat. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Deinde Sacerdos aspergat annulum aqua benedicta in modum Crucis, & sponsus acceptum annulum de manu Sacerdotis imponit in digito annulari sinistræ manus sponsæ, Sacerdote dicente, In nomine Patris, ☧ & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Mox subjungat.

¶. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, &c.

¶. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

¶. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

¶. Mitte eis Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

¶. Esto eis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

¶. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

R Espice, quæsumus Domine, super hos famulos tuos, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste; ut qui te auctore junguntur, te auxiliante serventur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Cilicij.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens, & misericors Deus, qui corporibus pœnitentibus hoc indumentum imposuisti, & per illud misericordiam, & veniam tribuisti: oremus clementiam tuam; ut indumentum hoc, quod vocatur Cilicum, benedicti cere, & sancti sacrificare digneris, ut quicumque eo pro peccatis indutus fuerit, & nimiam tuam imploraverit veniam, indulgentiam tuæ sanctæ misericordiæ consequatur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Habituum defunctorum.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Iesu Christe, seminator, & inspirator religiosi propositi, qui iædumento nostræ carnis pro salute humani generis suscipere voluisti, & in præsepio

Kk ij

vilibus

vilibus pannis involvi non horruisti: respice propius ad preces humilitatis nostræ, & hanc religiosam vestem, & chordam beati Francisci benedictæ cere, & sancti ticare digneris, & concede: ut quicumque ad involvendum suum corpus in morte illas tulerit, vel petierit, remissionem peccatorum per Summos Ecclesiæ tuæ Pontifices concessam assequatur: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. R^e. Amen.

Benedictio Cymbali.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Benedic quæsumus omnipotens Deus, benedictio tua cœlesti Cymbalum hoc: & sistat super eum virtus Spiritus sancti: ut ubicumque postmodum sonuerit ejus tintinnitus, procul recedat virtus insidiarum, umbra phantasmatum, incursio turbinum, percusio fulminum, læsio tonitruorum, calamitas tempestatum, & omnis spiritus procellarum: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. R^e. Amen.

Benedictio Vexilli bellici.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui es cunctorum benedictio, & triumphantium fortitudo; respice pro-

propitius ad preces humilitatis nostræ, & hoc Vexillum, quod bellico usui præparatum est, cœlesti bene X dictione sanctifica, ut contra adversarias, & rebelles nationes sit validum, tuoque munimine circumscptum: fiatque inimicis Christiani populi terribile, ac intercedentibus sanctis tuis solidamentum, & victoriæ certa fiducia. Tu enim es Deus, qui conteris bella, & cœlestis præsidii, sperantibus in te præstas auxilium. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Aspergatur aqua benedicta, & cui traditur dicatur.

Accipe Vexillum cœlesti benedictione sanctifica-
tum: fiatque inimicis populi Christiani terribile,
& det tibi Dominus gratiam, ut ad ipsius nomen, & hono-
rem cum illo hostium cuneos potenter penetres incolu-
mis, & securus.

Benedictio Indumenti.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui tegumen nostræ mortali-
tatis induere dignatus es; obsecramus immensam
tuæ largitatis abundantiam, ut hoc genus vestimenti ita
benedicere, & sanctificare digneris: ut qui illud as-
sumere intendit exterius, te intus veraciter induere me-
reatur: Qui vivis, & regnas in læcula sæculorum. Rx. Amé.

Ene-

Benedictio ad initium alicujus boni operis.

¶. *Adjutorium nostrum , &c. Dominus vobiscum.*
Oremus.

Deus, à quo omne bonum sumit initium, & semper ad potiora progrediens, percipit incrementum: concede quæsumus, supplicantibus nobis: ut quod ad laudem nominis tui inchoare aggredimur, æterno tuæ paternæ sapientiæ munere, perducatur ad terminum. Per Christum Dominum nostrum , &c.

E X O R C I S M U S Contra imminentem tempestatem fulgurum , & grandinis.

Per signum ✕ Crucis de inimicis ✕ nostris libera nos ✕ Deus noster. In nomine Patris ✕ & Filii , & Spiritus sancti. Amen.

Dicitur Symbolum Fidei, scilicet Credo in Deum Patrem, &c. Deinde Kyrie eleison , Christe eleison , Kyrie eleison , Pater noster.

¶. *Et ne nos inducas in temptationem.*

¶. *Sed libera nos à malo.*

¶. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

¶. *Qui fecit cœlum , & terram.*

¶. *Sit nomen Domini benedictum.*

¶. *Ex hoc nunc , & usque in sœculum.*

¶. *Exurgat Deus , & dissipentur inimici ejus.*

¶. *Et fugiant , qui oderunt eum , à facie ejus.*

¶. *Exur-*

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: * exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo: * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi: * & anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: * anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: * & similis ero descenditibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: * quia ni te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum Domine vivificabis me in aequitate tua.

Educes

Educes de tribulatione animam meam: * & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam : * quoniam ego servus tuus sum.


Requiem æternam , &c.

Antiphona.


N



On in- tres in ju di- ci um




cum servo tu o Do mine, qui a non ju sti fi-




ca bi tur in conspectu tu- o om nis vi vens.

Antiphona.

O



M nis spi- ri tus lau det Do-



minum. Sæcu lorum. Amen.

Psalmus

Psalms Laudate Dominum de cœlis, &c.

Orationes dicendæ à Sacerdote super sepulturam, dum dicuntur suprascriptæ Antiphonæ, & Psalmi.

Quemus Fratres charissimi pro spiritu Fratris nostri, (vel sororis nostræ) quem (am) Dominus de laqueo hujus sæculi liberare dignatus est, cuius corpusculum hodie sepulturæ traditur, ut eum (am) pietas Domini in sinu Abrahæ, Ilaac, & Jacob collocare dignetur: ut cum judicii dies advenerit inter sanctos, & electos suos eum (am) in parte dextera collocandum (am) resuscitari faciat. Per Christum Dominum nostrum. **R. Amen.**

Oremus.

Deus, cui omnia vivunt, & cui non pereunt moriendo fidelium corpora, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur: ut quidquid anima famuli (**x**) tui (**æ**) vitiorum, tuæque voluntati contrarium, falente diabolo, seu propria iniustitate, vel fragilitate contraxit, tu pius, & misericors abluas indulgendo, eamque suscipi jubeas per manus Sanctorum Angelorum tuorum deducendam in sinum Patriarcharum, & Prophetarum tuorum, Abrahæ scilicet amici tui, Isaac electi tui, & Jacob dilecti tui: quo aufugit dolor, atque tristitia, & suspirium, fidelium quoque animæ felici jucunditate lætantur, & in novissimo judicii magni die inter sanctos, & electos tuos eum (**am**) facias perpetuæ gloriæ percipere portionem: quam oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascendit, quam præparasti diligentibus te. Per Christum

Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus.

Temeritatis quidem est Dñe, ut homo h̄c minem, cinis cinerem, mortalis mortalem tibi Dño Deo noltro audeat commendare: sed quia terra suscipit terram, & pulvis convertitur in pulverem, donec omnis caro in suam redigatur originem: indē tuām, piissime Pater, lacrymabiliter quæsumus pietatem: ut hujus famuli (æ) tui (æ) animam, quam de hujus sæculi cœnuenta voragine ducis ad patriam Abrahæ amici tui sinu recipias, & refrigerii rore perfundas: sic ab æstuantis gehennæ truci incendio segregata, & beatæ requiei tuae, te donante, conjuncta, & si quæ sunt illi Domine digna cruciatibus culpæ, tuæ ei gratia mitissimæ lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicem, qui (æ) tuam in votis tenuit voluntatem: cumque finito mundi termino supernum cunctis illuxerit regnum, nova creatura sanctorum omnium cœtibus aggregata, cum electis tuis resurgat in parte dextera corona. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus.

Opus est misericordiæ Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, rogare pro aliis: & qui pro nostraris supplicare peccatis nequaquam sufficiens, suscipere rogamus animam famuli (æ) tui (æ) revertentem ad te: adsit ei Angelus testamenti tui Michael, & per manus sanctorum Angelorum tuorum, inter sanctos, & ele-

k

ctos

Etos tuos in sinibus Abrahæ, Isaac, & Jacob Patriarcharum tuorum eam collocare digneris: libera eum Domine de principibus tenebrarum, & de locis pænarum, ne famulus (a) tuus (a) ullis tam primævæ nativitatis, vel ignorantiae confundatur erroribus, agnoscatur à tuis, & misericordia bonitatis tuæ ad locum refrigerii, & quietis, in sinu Abrahæ transferatur. Per Christum Dominum nostrum. **B.** Amen.

Oremus.

Debitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more compleentes, Deum, cui omnia vivunt, fideliter deprecemur, ut hoc corpus Fratris nostri (sororis nostræ) à nobis in infirmitate sepultum, in ordine Sanctorum suorum resuscitet, & ejus spiritum sanctis, ac fidelibus aggregari jubeat, cum quibus inenarrabili gloria, & pereanni felicitate perfrui mereatur. Per Christum Dominum nostrum. **B.** Amen.


Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es. dum te jubente pulvis reddet in pulverem, tu imaginem tuam cum sanctis, & electis tuis æternis sedibus jubeas associari. Per Christum Dominum nostrum. **B.** Amen.


Finita ultima Antiphona, Omnis spiritus, Celebrans incipit absolvè Antiphonam ad Benedictus.

Ego

E



Go sum re sur re eti- o, & vi-



ta, qui cre dit in me, e- ti am si mor-



tu us fu e- rit, vi vet. & om nis qui vi-



vit, & cre dit in me, non mori e tur in æ-



ternum. Sæcu lorum. Amen.

Et dicitur Canticum Zachariæ: Benedictus Dominus Deus Israel. Quo finito, Antiphona repetita, Celebrans dicit Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in temptationem.

℟. Sed libera nos à malo.

k ij

℣. Non

- ¶. Non intres in judicium cum servo tuo (ancilla tua) Domine.
- R. Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.
- ¶. A porta inferi.
- R. Erue Domine animam ejus.
- ¶. Requiescat in pace.
- R. Amen.
- ¶. Domine exaudi orationem meam.
- R. Et clamor meus ad te veniat.
- ¶. Dominus vobis cum.
- R. Ecce cum spiritu tuo.

Oremus.

Satisfaciat tibi quæsumus Domine Deus noster, pro anima famuli tui Fratris nostri (famulæ tuæ sororis nostræ) beatissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, & beati Francisci Confessoris tui, omniumque Sanctorum tuorum oratio, & præsentis familiæ tuæ humilis, & devota supplicatio. ut peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat. nec eum (am) patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem (am) Filii tui Domini nostri Jesu Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum, & cum Spiritu sancto vivit, & regnat Deus per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

¶. Requiem æternam dona ei Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

¶. Anima ejus, & animæ omnium fidelium defun-

ctorum

ctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

Et revertentes ad Ecclesiam, Cantor incipit **R.** Memento mei Deus, &c. quo dicto cum Kyrie eleison. Celebrans dicit Pater noster. **V.** Et ne nos inducas in temptationem. **V.** A porta inferi. **V.** Requiecat in pace. **V.** Domine exaudi orationem meam. **V.** Dominus vobiscum.

Oremus.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui Fratris nostri N. ut defunctus (famulæ tuæ sororis noltræ N. ut defuncta) saeculo tibi vivat. & peccata, quæ per fragilitatem mundanæ conversationis commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen. **V.** Requiem æternam dona ei Domine. *Cantor* **V.** Requiecat in pace. **R.** Amen.

Deinde dicitur Psalmus De profundis, in reversione ad Sacramentum.

ANTIPHONA CANTANDA


Omnibus diebus post Completorium à die obitus Generalis totius Ordinis usque in diem electionis Vicarii Generalis.

Plangetur ba Pau per cu la; ad Patrem






Patrem clama pa- pe rum, hoc lu-



gu bre sus pi- ri- um, Pa- ter Fran-



cis ce sus ci- pe, & pro de Christo Stig-



ma ta, la- te ris, pe dum, manum,



ut no bis red- dat or- pha- nis tan ti Pa-



tris Vi ca- ri um.

OFFI-

extra, vel intra confessionem;	6.
Absolutio pro Apostatis, seu pro manuum violentarum impositione,	7.
Absolutio pro Religiosis, Monialibus, & Ter- tiariis quater in anno,	9.
Absolutio generalis in prima Feria secunda Quadragesimæ,	10.
Absolutionis forma Plenariæ Religiosis, Ter- tiariis sæcularibus, & Chordigeris in extre- mis constitutis,	18.
Absolutio pro defunctis,	165.
Archiepiscopus, sive Episcopus quomodo recipiendi in suis Diæcesibus prima vice tantum.	261.

B.

Benedictio Habitus mulierum, sive par- vulorum,	235.
Benedictio especialis funis S. P. N. Francisci,	236.
Benedictio Catenæ Dominae nostræ,	237.

C.

Capitulum ad Fratres pro Provinciali,	249.
Capitulū ad Moniales pro Provinciali,	252.
Capitulum ordinarium pro Guardiano,	253.
Capitula in omnibus festivitatibus quomo- do	

X INDEX.

- do cantandæ ; 329
Cardinalis quomodo recipiendus prima vi-
ce tantum , 269.
Communio infirmi , 12.
Credo pro omnibus festivitatibus , 309.

E.

- E Lectio Abbatissæ nostri Ordinis , 243.
Electio Ministri Provincialis , 247.
Electio Ministri & Vice-Ministri Ter-
tii Ordinis S. P. N. Francisci , 238.
Epistolæ , Prophetiæ , & Euangelia quo-
modo cantanda , 304.
Extrema Unctio quomodo , & quando abre-
viari debet in infirmis . 15.

F.

- F Ratres quomodo sepeliendi sunt , 46.

G.

- G Eneralis Pater quomodo recipiendus
pro prima vice tantum , 258.
Gloria in excelsis pro omnibus festivitatibus , 303.

H.

- H**abitus Novitiorum , 171.
Habitus Monialium S. Claræ , 188.
Habitus Monialium Conceptionis Virginis
 Mariæ , 216.
Habitus Tertiariorum , 222.
Hymnus *Veni Creator Spiritus* , 177.

I.

- I**ntonatio versus ad principium Divini Of-
 ficii , 263.
Intonationes Psalmorum , 264.
Intonatio versuum duplicium adduos Cátore , 270.
Intonatio versuum ad Commemorationem ,
 & ad unum solum Cantorem , 270.
Intonationes pro versibus *Benedicamus Dó-
 mino* , 274.
Intonationes versuum , cum quibus finitur
 Officium Divinum , 276.
Intonatio versus ad principium Completorii , 277.
Intonatio versus *Benedicamus Dño* , in Horis
 minoribus , 281.
Intonatio versus ad principium Matutini , 281.
Intonationes Psalmi ad quodcumque Invi-
 tatorium , 281.
 Ite

INDEX.

Ite Missa est pro omnibus festivitatibus, 331.
310.

L.

Lectiones, & Absolutiones quomodo can-
tandæ , 295.
Litania B. M. Virginis , 318.

M.

Martyrologium in Vigilia Nativitatis
Domini quomodo cantandum , 301.
Missa ad postulandam gratiam bene mo-
riendi , 16.
Missa Defunctorum , 138.
Morientes modus juvandi , 35.
Moniales quomodo sepeliendæ sunt , 46.

O.

ORationes in festivitatibus primæ , &
secundæ classis , 270.
Orationes in Duplicibus , & semiduplicibus , 272.
Orationes in Horis minoribus , & diebus feria-
libus , quomodo cantandæ , 279.
Orationes in Officio , & in Missa Defun-
ctorum quomodo cantandæ , 312.
Officium Defunctorum , 77.
Par-

P.

- P** Arvolorum corpora quomodo sepelienda sunt, 157.
Psalmi, versus, lectiones, & Orationes quomodo cantandæ, 263.
Processio in die omnium fidelium Defunctorum, 165.
Processio Feriæ secundæ pro Defunctis, 170.
Professio Fratrum Minorum, 179.
Professio Monialium S. Claræ, 200.
Professio Monialiū Conceptionis V. Mariæ, 221.
Professio Tertiariorum, 228.

R.

- R**Ex, sive Princeps quomodo recipiendus, 254.
Regina tantum quomodo recipienda, 256.
Rex, & Regina simul quomodo recipiendi, 257.
Responsoria brevia ad Completorium, 277.
Responsoria brevia ad quatuor Horas minores in omni tempore anni, 299.

S.

- S**æculares quomodo sepelienda sunt eorum corpora, 152.

V.

- V**Iaticum Fratrum, & Monialium, 12.

Oremus

Clementissime Deus, qui bauam
Elisabeth Reginam, inter cæteras egre-
gias dotes, bellici furoris sedandi præro-
gativa decorasti: da nobis ejus intercessio-
ne, post mortalis vitæ, quam suppliciter
petimus, pacem, ad æterna gaudia perve-
nire. Per Dñum nrñm. &c.



